Praesent: den 6. April: 627.

Postqam Serenissimus Elector Dominus noster Clementissimus intellexit, Illustrem Reuerendiss. Magnificos & Generosos Dnos Legatos Regios, super ista controuersia, quae ratione Iuris praesentandi & Eligendi Inspectores inter suam Sertatem et perpaucos ex Ordinibus orta fuit, sententiam ferre, constituisse: sua uerò Sertas. Vigore Pactorum coram Commissarijs conueniri minimè possit, controuersia etiam ipsa ex Pactis cum S. R. Mte et inclyto Regno conuentis nascatur, Contra hoc Dnorum Legatorum iudicium et totum hunc actum solennissimè protestatur, et ad S. R. Mtem in comitijs sedentem appellat et prouocat remque totam integram ad S. R. Mtem et Regnum resumit.

Intelligit etiam sua Sertas. Dnos Legatos Regios Wolffgangum Olsnitzium Capitaneatui Insterburgensi praeficere velle: Cum uero hoc ipso actu suae Sertis. et Ducatus Juribus plurimum derogetur, nec sua Sertas. ex pactis teneatur eos, pro suis ministris agnoscere, et suis sumptibus alere, qui non Legitimè constituti, sed de facto ipsi contra pacta et Iura obtruduntur, Ideo etiam contra ipsam Constitutionem praedicti Olsnitzij solennissimè protestatur, nec minus etiam contrà ipsius personam, contrà quam actiones suas sibi reseruat integras: Salua S. R. Mtis authoritate et directo Dominio saluis etiam suis et Ducatus Juribus.

Actum. Regiomonti 6. Aprilis Anni 1627.

P

Protestatio
Sermi Electoris
Contra
Actionem Inspectoris et
Generosum Dn. Wolfgangum
ab Olschnitz Capitaneum
Insterburgensem

de 6. Aprilis
Anno 1622.